

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

178. An Superiores Relogionum possint aliqueme Clericum ad statum
laicalem transferre? Et quid è contra? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 75. aliàs
74.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

De Dubiis Regular. Ref. CLXXVII. &c. 115

¶ Notandum est tamen hic obiter, quod post annos 9. et 12. num. probationis expletum, licet Superiori differre professionem Novitii, ob iustum causam, non obstante dicto decreto Concilij Trident, ubi supra; nam Congregatio Cardinalium authoritate Pij V. declaravit prefatum decretum Concilij tantum procedere in Novitii, qui elapsi anno Novitatus habiles inventi fuerint, non vero in inhabilitibus, quorum profilio vel sex mentes potest prolongari, dummodo intra id temporis spes habeatur, quod efficientur habiles; sed in Monialibus ducius licet professionem differre. Ita Hieronymus Rodriguez in compen. q. Regul. resol. 101. num. 62. & nouissim Aloysius Riccius in praxi, tom. 4. resolut. 254.

RESOL. CLXXVII.

An recipere possit professionem solemnum simplex Religionis de licentia tamen sui Superioris? Et an etiam de licentia sui Superioris possit non solum Episcopus, sed etiam aliquis Clericus, immo & laicus recipere professionem? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 70.

¶ 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui, & prima facie videtur respondendum quod non, per verba Ioannis Valeri in differ. vir. fori, ver. Regularis, differ. 4. n. 5. ubi sic ait. Potest incorporare professionem in Monasterio, vel Prelatus Monasterij, vel alius Prelatus de proprii Prelati licentia. Ita ille, licet loquatur in ordine ad forum externum.

2. Sed ego tunc affirmatiuam sententiam docui per ea que alterius Bartholomeus de Vecchis in praxi novit. disp. 12. dub. 1. n. 13. Cuechus in inst. lib. 3. iii. 1. de Regul. n. 5. & doctissimum Villalobos in sum. tom. 2. tract. 35. diffic. 20. num. 5. ubi ita ait. La profesion se ha de hacer en manos del Prelado de la Religion, que es el que puede con el conuento recibirle, y assi no bastaria, que professasse en manos del Obispo del lugar, si no es en los conuentos, que estan sujetos a el. Mas podrialo hacer de mandato del Prelado, no solo el Obispo, pero tambien un Clerigo, y aun lego. Sic illa, qui etiam plus addit. n. 6. ita afferunt. Mas si sucediere que algun frayle recibiese un nouicio a la profesion en nombre del Prelado, sin tener mandato del para esto, en tal caso, si sabiendo lo el Prelado lo tuniere por bien, valdría la profesion, y seria profeso desde el punto de la ratificacion. Hac Villalobos, & ego. Vnde si in nostra Religione Piapositus detineatur aliquo impedimento in die, qua professionem aliquis ex nostris efficere debet, licentia illius non solum Vicarius, sed etiam quilibet vocalis, vel simplex Sacerdos ex nostris poterit inter Missatum solemnia dictam professionem recipere. Et haec omnia contra Valerum procedunt, non solum in foro poli, sed etiam in foro fori.

RESOL. CLXXVIII.

An Superiores Religionum possint aliquem Clericum ad statum laicalem transferre? Et quid est contra? Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 75. alias 74.

CVM casus discuteretur in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, de illo interrogatus respondi, docere negatiam sententiam inter Nauarum in cap. Quarto, quest. 2. n. 20. de Concessione, for. disp. 1. quia Superior Religionis nequit Religionem. At constat, statum laicorum esse laxiorem,

& minas perfectum. Et confirmatur: quia D. Thomas tra. & in fine ab omnibus receptus, 2. 2. q. 189. art. 8. ad 2. docet s. Reitac. ex Monachis arctioris vita (laicis tamen) licere transiit ad Canonicos Regulares, ubi Clerici futuri sunt, & non è contra. Quod Ordo Clericorum sit altior, iuxta illud D. Hieronymi ad Rufficum: Sic viue in Monasterio, vt Clericus esse merearis.

2. Verum affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, vt patet ex praxi; & ideò hoc supponunt, tanquam certum, Azorius tom. 1. lib. 50. cap. 6. c. 7. Sotus de inst. lib. 1. o. q. 5. art. 5. Aragon. 1. 2. 2. 9. 83. art. 125. dub. 4. in 4. art. Ledesma in Summa, tom. 2. tract. 9. c. 4. quibus addit Pellizarium in Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 69. & alios. Et ratio est: quia, ut optimè obseruat Sanchez in Summa, tom. 2. lib. 6. c. 7. num. 80. in tali casu nullatenus substantialis Religionis status variatur; sed illæsus manet: nec hic ad Religionem aliam transiit; sed cum eisdem illiusmet numero Religionis votis, verus illius Religionis alumnus manet. Præterea, quia etiam transiit ad Religionem aliam laxiorem concedere potest licentiam Prelatus, nedum ad inferiorem quendam statum intra eandem Religionem; & vel maximè quod, esti humilior sit laicorum status, & ad inferiora ministeria deputatus; est tamen diuina. & anterior: & iuxta maiorem, aut minorem austeriorum, pensandam esse puto maiorem, aut minorem Religionis perfectionem quoad hunc transitum. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad primum negatur antecedens, & esto, id est, verum, non est hic transitus ad laxiorem Religionem, ut explicimus. Ad confirmationem respondeo, logui D. Thomam de transitu ad aliam Religionem, & retenta sua doctrina, quia censet, maiorem Religionis perfectionem, quoad hunc transitum, attendi penes maiorem perfectionem in se, & ministeriorum, ad quae deputatur; & non penes maiorem arctitudinem, cuius contrarium firmat Sanchez ubi sup. a. num. 21. Ergo, &c.

4. Sed superadditis obstat Decretum Clementis VIII. in Inst. super recep. & educat. Novit. §. Tempore, in quo sic habetur: Si qui ad Conuerſorum Habitum recepti fuerint, ad clericalem statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint. Ergo dicendum est, quod etiam neque Clerico ad statum laicalem transire licet. Respondeo cum Bordonio in consil. Regul. tom. 2. resol. 54. n. 229. ubi sic ait: [Aduerte autem, quod qui ad Conuerſorum Habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire non possunt, etiam in durante tempore probationis, ut dicitur expresse in Ref. 152. Inst. Novit. §. Tempore vero. Clem. VIII. de transitu vero Clericorum ad statum laicalem, & Conuersorum nihil dicitur: vnde Papa non videtur hunc prohibere transitum: negotio enim vnius est alterius inclusio, ex cap. Nonne de presumpt. & concessum censetur, quod non est expresse prohibitum, cap. Sunt nonnulli 25. 16. quæst. 1. cap. Iannunc. 7. 28. quæst. 1. Hec omnia Bordonus: ex quibus verbis aperte patet, posse Superiores transferre Clericum ad statum laicalem, neque Decretum Clem. VIII. excludit casum nostrum: nam Superior Religionis, ad quem spectat, non transtulit laicum ad statum clericalem, sed Clericum ad statum laicalem; quod Pontifex non prohibet, &c. vt dixi, praxis Religionum demonstrat, & communis Doctrinæ opinio confirmat, inter quos multi scriperunt post dictum Decretum Clementis. Ergo, &c.

RESOL. CLXXIX.

An professio in aliqua Religione emissa à laborante morbo Gallico sit nulla, si hoc celavit in examine?

K 4 Sed